

Ivan Cankar:

EN CREPUSCULA SUNT

En crepuscula sunt. Sedens in horto
Stellatum aspicio polum recurvum
Atque ex corde melos nat ad puellam
Illic, terra aliena ubi remota est.

Illic, terra aliena ubi remota est,
Nunc puella mihi adstat ad fenestram,
Longe spectat et audit ac madescent
Eius lumina rore lacrimarum.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva.*

Jovan Jovanović:

MUNDUS — SVET

Mundus hic quam pulcher est!
Rivus istic, flos ibi.
Hortus hic, illic ager,
Ecce sol, umbracula.
Amnis illic Hister est,
Plenus auro profluens;
Gramen hic, istic frutex.
En aëdon abdita
Personat nemus melo,
Quam beatus audio,
Audit et comes mea.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva.*